



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

LXIV. De eadem circa monachos & sanctimoniales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

INNOCENTIVS LATERANENSE IV. FRIDERICVS II. 215
P. III. IMP.

ANNO CHRISTI
1215.
nino damnatum cum Giezi & Simone condem-
netur.

L X I V.

Quoniam simoniaca labes adeo plerasque moniales infecit, ut vix aliquas sine precio recipiant in sorores, paupertatis prætextu volentes huiusmodi vitium palliare, ne id de cetero fiat penitus prohibemus; statuentes ut quæcumque de cetero talem prauitatem commiserit, tam recipiens quam recepta, siue sit subdita, siue prælata, sine spe restitutio- nis de suo monasterio expellatur, in locum arctioris regulæ ad agendum perpetuam pœnitentiam retrudenda. De his autem, quæ ante hoc synodale statutum taliter sunt receptæ, ita duximus prouidendum, ut remotæ de monasteriis, quæ perper- ram sunt ingressæ, in aliis locis eiusdem ordinis col- locentur. Quod si propter nimiam multitudinem alibi forte nequiverint commode collocari, ne forte damnabiliter in sæculo euagentur, recipientur in eodem monasterio dispensatiæ de nouo, mu- tatis prioribus locis, & inferioribus assignatis.

Hoc etiam circa monachos & alios regulares decernimus obseruandum. Verum ne per simpli- citatem vel ignorantiam se valeant excusare, præ- cipimus ut dioceſani episcopi singulis annis hoc faciant per suas dioceſes publicari.

L X V.

Audiuimus de quibusdam episcopis, quod, de- cedentibus ecclesiarum rectoribus, ipsas interdicto subiiciunt, nec patiuntur aliquos in eisdem institui, donec ipsis certa summa pecuniæ persoluatur: præ-